

## PROPRIO DE LA MISA

### VIGILIA DE LA ASCENSIÓN DEL SEÑOR

*Isaias 48:20; Ps. 65:1,2*

VOCEM jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, alleluia. Ps. Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudí ejus. *℣.* Glória Patri.

DEUS, a quo bona cuncta procedunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, eadem faciámus. Per Dominum nostrum.

*Ephes. 4:7-13*

FRATRES: Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captivam duxit captivitátem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferiôres partes terræ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes coelos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelistas, álios autem pastôres et doctôres, ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióem córporis Christi: donec occurrámus

INTROITO

Con voz de júbilo anunciado, y que se oiga, aleluya, que llegue hasta el fin de la tierra: el Señor ha redimido a su pueblo, aleluya, aleluya. Salmo. Aclama al Señor, tierra entera, tocad en honor de su nombre, cantad himnos a su gloria. *℣.* Gloria al Padre.

COLECTA

Oh Dios! fuente de todo bien, escucha sin cesar nuestras súplicas: concédenos, inspirados por Ti, pensar lo que es recto y cumplirlo con tu ayuda. Por Nuestro Señor.

EPÍSTOLA

Hermanos: A cada uno de nosotros le ha sido concedida la gracia a la medida de los dones de Cristo. Por eso dice: Subiendo a la altura, llevó cautivos y repartió dones a los hombres. ¿Qué quiere decir "subió" sino que también bajó a las regiones inferiores de la tierra? Éste que bajó es el mismo que subió por encima de todos los cielos, para llenar el universo. Él mismo dispuso que unos fueran apóstoles; otros, profetas; otros, evangelizadores; otros, pastores y maestros, para la adecuada organización de los santos en las funciones del ministerio, para edificación del cuerpo de Cristo, hasta que lleguemos todos a la unidad de la fe

omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

*Jn. 16:28*

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Surréxit Christus, et illúxit nobis, quos redemit sanguine suo.

Allelúia. *Ÿ*. Exívi a Patre, et veni in mundum: iterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúia.

*Jn. 17:1-11*

IN illo tempore: Sublevátis Jesus oculis in coelum, dixit: Pater, veni hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedísti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam aeternam. Hæc est autem vita aeterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum. Ego te clarificávi super terram: opus consummávi, quod dedísti mihi, ut faciam: et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetípsum, claritate, quam hábui, priúsqvam mundus esset, apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedísti; et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia omnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognovérunt vere, quia a te exívi, et credidérunt, quia tu me misísti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedísti mihi: quia tui sunt: et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.

y del conocimiento del Hijo de Dios, al estado de hombre perfecto, a la plena madurez de Cristo.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Cristo ha resucitado, Él nos ilumina, a nosotros, los redimidos con su sangre.

Aleluya. *Ÿ*. Salí del Padre y he venido al mundo, otra vez dejo el mundo y me voy al Padre. Aleluya.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Jesús alzando los ojos al cielo, dijo: Padre, ha llegado la hora; glorifica a tu Hijo, para que tu Hijo te glorifique a ti. Y que según el poder que le has dado sobre toda carne, dé también vida eterna a todos los que tú le has dado. Esta es la vida eterna: que te conozcan a ti el único Dios verdadero, y al que tú has enviado, Jesucristo. Yo te he glorificado en la tierra, llevando a cabo la obra que me encomendaste realizar. Ahora, Padre, glorifícame tú, junto a ti, con la gloria que tenía a tu lado antes que el mundo fuese. He manifestado tu Nombre a los hombres que tú me has dado tomándolos del mundo. Tuyos eran y tú me los has dado; y han guardado tu palabra. Ahora ya saben que todo lo que me has dado viene de ti; porque las palabras que tú me diste se las he dado a ellos, y ellos las han aceptado y han reconocido verdaderamente que vengo de ti, y han creído que tú me has enviado. Por ellos ruego; no ruego por el mundo, sino por los que tú me has dado, porque son tuyos; y todo lo mío es tuyo y todo lo tuyo es mío; y yo he sido glorificado en ellos. Yo ya no estoy en el mundo, pero ellos sí están en el mundo, y yo voy a ti. Padre santo, cuida en tu nombre a los que me has dado, para que sean uno como nosotros.

*Ps. 65:8-9; 65:20*

BENEDÍCITE, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit animam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecationem meam et misericórdiam suam a me, allelúia.

SÚSCIPE, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: ut, per hæc piæ devotiõnis officia, ad coelstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni tempore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiõnibus, cumque omni militía cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

*Ps. 25:9,2*

CANTÁTE Dómino, allelúia: cantáte Dómino et benedícite nomen eius: bene nuntiáte de die in diem salutáre eius, allelúia, allelúia.

TRÍBUE nobis, Dómine, coelstis mensae virtúte satiátis: et desideráre, quæ recta sunt, et desideráta percipere. Per Dóminum nostrum.

OFERTORIO

Benedicid, pueblos, a nuestro Dios, hacéd resonar sus alabanzas: porque Él nos ha devuelto la vida, y no dejó que tropezaran nuestros pies. Bendito sea Dios, que no rechazó mi súplica, ni me retiró su favor, aleluya.

SECRETA

Con estas ofrendas, Señor, recibe las súplicas de tus hijos: para que esta liturgia, celebrada con amor, nos lleve a la gloria del cielo. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE PASCUA

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, to alabemos; pero con mas gloria que nunca en este día, en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quito los pecados del mundo y que, muriendo, destruyo nuestra muerte, y, resucitando, reparo nuestra vida. Por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

Cantad al Señor, aleluya; cantadle, bendicid su nombre; proclamad día tras día su victoria, aleluya, aleluya.

POSCOMUNIÓN

A quienes has saciado en tu mesa santa, concédenos, Señor, desear lo que es recto y conseguir lo que así hemos deseado. Por nuestro Señor.